



Kern 86
(1-54; a-g)

CONSPECTVS LABORVM

QVIBVS
PROFESSORES
ACADEMIAE REGIAE FRIDERICIANAE
PER SEMESTRE AESTIVVM

ANNI MDCCCXII.

OCCVPABVNTVR

PRO-RECTORE

D. IACOBO GABRIELE WOLFIO,

POTENTISSIMI REGIS BORVSSIAE CONSILIARIO AVLICO IVRIVMQUE
PROFESSORE PVBLICO ORDINARIO.



LECTIONES

Pro-Rectoris, Cancellarii & Directoris.



IAC. GABR. WOLF hora VIII. V. C. ENGAVII *elementa iuris canonici*; hora IX. V. C. MASCOVII *principia iuris publici I. R. G.* Denique hora III. *elementa sua iuris feudorum, tum imperialium, tum prouincialium*, vberioribus commentationibus suis diligenter illustrabit. *Initium*, finitius nundinis Lipsiensibus, A. S. N. facturus.

CHRISTIANVS L. B. DE WOLFF *hor. IX. mat. Mathesein vniuersam* tradere constituit, vt satisfaciat desiderio nonnullorum, qui in omnibus Matheseos partibus erudiri cupiunt. Cum vero fieri non possit, vt intra semestre spatium disciplinae mathematicae omnes explicentur; aestiuis Lectionibus destinauimus Arithmeticam Geometriam, Trigonometriam & disciplinas mechanicas, reliquas alio tempore addituri. Simili instituto *Hor. III. pom.* explicabo *Philosophiam* in gratiam eorum, qui doctrinam probatam, solidam & ad reliqua addiscenda vtilem, ab omnibus tricis purgatam & a superfluis separatam vnice curae cordique habent, intra semestre aestiuum *Logicam & Metaphysicam* absoluiturus. Vt in Praelectionibus mathematicis Compendio Matheseos vniuersae a me dudum conscripto, in philosophicis Institutionibus Philosophiae, quas ex operibus philosophicis Germanicis confecit olim THÜMMIGIVS.

CAROLVS GOTTLIEB KNORRE aperiet hora IX. in gratiam cupientium *Collegium practicum elaboratorium* ad ductum *der Anleitung zum Gerichtlichen Proceß*, quae venditur in Officina libraria Rengeriana; Hora vero X. & II. *Pandectas Ludouicianas* interpretabitur.

LECTIONES THEOLOGICAE.

GOTTHILF AVGVSTVS FRANCKIVS praelectionibus pastoralibus Beati KORTHOLTI *Pastorem fidelem* denuo tractabit, & expositionem *prioris epistolae ad Corinthios* absoluet. Perget praeterea in consuetis paraenesibus, ad ductum *Ideaer Studii Theologiae*, necessaria ac vtilia monita suppeditare; & ascericis horis, interposita post finitam epistolam ad Philippentis tractatione Cap. LIII. *Elaiae*, ad *Epistolam Pauli ad Colossenses* progredietur.

CHRIST. BENEDICT. MICHAELIS Hora VII. matutina Aetus Apostolorum ex fontibus Graecis, hora vero IX. Psalmos Dauidis ex Ebraeo Codice interpretabitur.

SIG. IAC. BAVMGARTEN b. c. D. hora VIII. theologiam *dogmaticam* explicabit; hora XI post finitam theol. moralem editas a se *illustrationes librorum symbolico-rum* ita confirmabit, vt praeparationi ad theologiam anatheticam inferuant; h. IIII regulas

regulas *hermeneuticae sacrae* illustrabit; h. VI, si ab iteratione scholarum dogmatica- rum liberari poterit, exercitium disputandi publice continuabit.

IO. HENR. CALLENBERG offert generalem in reductionem ad vtiliorem singu- lorum *Veteris Testamenti* librorum lectionem; *Prophetas minores* ex lingua *hebraica* interpretabitur; paratus quoque ad iuandam *disputandi* exercitationem.

IO. GEORG KNAPP, hora VII-VIII. *theologiam dogmaticam* rursus auspica- bitur, primam illius partem hac aestate explicaturus. h. X-XI. aliquot horis *praece- pia hermeneutica* breuiter tradet; reliquis vero illa ad *usum transferet*, & quidem ita, vt ex *Veteri Testamento difficiliorem Salomonis librum Kobolet dictum*, ex Nouo vero *Pauli aliquam epistolam vel difficiliorem Iacobi* perspicue interpretetur, simulque sem- per vna oitendar, quomodo auditores iis quae audiunt, in docendis aliis recte vt de- beant praeterea *exercitationem disputatoriam*, ad praeparationem priuatam, eorum maxime infirmit, qui ipso moderatore publice disputare cupient. Denique sedulo etiam in *tractatione ascetica epistolarum apocalypticarum* die Domini h. V-VI. perget.

IVRIDICAE.

IO. TOBIAS CARRACH interpretabitur 1) hora IX. *BOEHMERI Institutiones Iuris Canonici tum Ecclesiastici tum Pontifici*, 2) & *EIVSDEM Introductionem in Ius Digestorum* horis consuetis. 3) *Iurisprudentiae Criminali* ad F. S. *BOEHMERI* *elemen- ta*, 4) vt & *Iurisprudentiae Feudali* ad *Elementa STRVVI* tradendis commodas ho- ras ex tabulis publicis propediem indicabit. 5) *Collegium Processuale laboratorium* il- lis concedet, quibus ante collegiorum initium hac de re cum ipso conueniet.

IO. CAROLVS KOENIG, hora VIII-IX. *Ius Feudale* praeeunte Cel. D. IO. GARR. WOLFFIO enucleabit: hora IX-X. publice ad *Capitulationem Francisci Im- peratoris* commentabitur: hora XI-XII. *Ius Publicum* secundum Illustr. IO. IAC. MOSERI compendium explicabit: horam pomeridianam destinabit iis, qui in argu- mentis *Iuris Publici* tum referendis tum elaborandis vires periclitari gestiunt.

DANIEL NETTELBLADT Hor. IX-X. *Systema suum iurisprudentiae natu- ralis*, Hora X-XI. & II-III. vero *systema suum iurisprudentiae positivae* interpreta- bitur. Tradet praeterea Hor. XI-XII. *Ius feudale*, praeeunte B. G. STRVVIIO, cuius elementa *Iuris feudalis* nouo habitu 1750. lenae prodierunt, & Hor. III-IV. *Ius germanicum priuatum*, duce PÜTTERO, in elementis *Iuris germanici* priuati hodierni.

MEDICAE.

MICHAEL ALBERTI *M. neri Publico* satisfaciens *Affectus fortuitos tragicos* Pathologico-Practica doctrina explicabit: finitis autem Collegii Pathologico & Ma- teriali priuato labore a IX. ad X. *Therapiam Generalem*, a II. ad III. *Medicam Foren- sium* Casuum tractationem subiuncta Practica eorum relatione & explicatione tradet.

IO. IVNCKER *publicis* lectionibus pauca illa capita, quae de rationalibus chirur- giae praecipis explicanda restant, prius absoluet; deinde methodum *formularum* conscribendarum, ad ductum *Conspectus* sui, illustrabit. *Priuatim* horis *Therapiam* specialem, qua ad febres vsque peruenit, prosequetur. *Priuatissimis* autem scholis exercitationes clinicas cum prouectionibus de more recepto continuabit.

ANDREAS ELIAS BÜCHNER *publicis* in *praelectionibus*, horis atque diebus consuetis, *morbos mulierum & infantum* pathologico-practice explanabit. *Priuatim* hora VII. ad VIII. *facultates simplicium*, ex tribus naturae regnis desumptorum, vna- cum speciali vsu & adhibendi modo, exponet; hora VIII. ad IX. & X. ad XI. manu- ductionem ad *Praxim specialem* tradet, & hora XI. & XII. *Therapiam generalem* per- tractabit, horumque laborum initium finitis nundinis, d. VIII. Maii, b. c. D. faciet.

FRIDERICH HOFFMANN, Publice hora II-III. pomeridiana *physiologiam* principis mechanica, physica & anatomica superstructam explicabit. *Priuatim* vero hora III-IV. collegium in materiam medicam inchoabit. Initium harum lectio- num erit finitis instantibus nundinis Lipsiensibus die VIII. mensis Maii.

PHILIPPVS ADOLPHVS BOEHMER *lectionibus publicis*, diebus ac horis con- suctis, perget in explicatione compendii anatomici Cel. HEISTERI. *Priuato studio* hora IX. in B. SCHVLZII *physiologiam medicam & pathologiam generalem* com- mentabitur: hora II. vero institutiones tradet rei obstetriciae, ipsis exercitiis illustran- das; praecipuos insimul mulierum & infantum adfectus exponet, ac specialem mor- borum venereorum subiunget pertractationem.

PHILOSOPHICAE.

CHRIST. BENEDICT. MICHAELIS publice hora III. a meridie doctrinam de accentibus seu interfectionibus sacri Codicis Ebraei ad ductum libelli a Filio suo editi explicabit.

MICHA.

MICHAEL ALBERTI *Publico studio praeparationem ad rationalem Chymiam physica disquisitione Halotectniam tractando, instruet.*

IOANNES IOACHIMVS LANGE publice h. 7. mat. *Mathesin puram*; priuatim h. 1. *Physicam*, & h. 2. *Chemiam*, vtramque *dogmaticae & experimentaliter* tractabit. *Historiam naturalem* h. 4. explicabit. Applicationem Physices & Matheos ad vsum vitae communis in Collegio Oeconomico specialissimo ad normam des *Grundrisses einer Anweisung, wie man sich die in und um Halle vorkommende naturalia und artificialia zum künftigen Nutzen im gemeinen Leben bekannt machen solle*, desiderantibus ostendet. *Geometriam practicam* quoque domi & in campo exercebit.

ANDREAS ELIAS BÜCHNER publicis recitationibus *Anthropologiae* explicationem destinavit; priuato autem studio in illustrandis generalioribus *Mineralogiae* fundamentis operam collocabit, harumque lectionum initium, vna cum horis iisdem destinandis, consueto tempore e valuis publicis indicabit.

D. FRIDERICVS WIDEBVRG a x -- xi. *Historiam Vniuersalem* Europae regnorum atque rerum publicarum ad PFENDORFIVM, ab xi - xii. *Historiam Imperii Germanici* ad STRVVIVM, tradet. In utroque Collegio non solum factorum fidem ex optimis scriptoribus & monumentis, verum etiam pragmaticam memorabilium rerum ac vicissitudinum praestabit cognitionem, cui lucem accendit prudentia ciuilis. Offert pariter Collegium *Historiae Germanicae recentioris* a Saeculo XVI. pleniori apparatu adornandum: neque iis deerit, qui *Iuris Publici Institutiones* desiderabunt. In institutionibus etiam atque exercitationibus *Eloquentiae Romanae* perget. Initium facturus Deo propitio finitis nundinis Lipsienibus d. 8. Maii.

IO. HENR. CALLENBERG Praecognoscenda in studio *Philologico* tradet; nec iis denegabit operam, qui suo ductu in percipienda lingua *Syriaca* vii velint.

IO. FRIDERICVS STIEBRITZ futuro semestri aestiuo, summo Numine auspice, publice tractabit de mediis felicitatem reipublicae procurandi, vlerius promouendi, amissamque restaurandi. *Priuatim* 1) *fundamenta linguae ebraicae*, duce DANZIO, vna cum *doctrina accentuum*, tradet; 2) *lectiones cursorias* aperiet ebraicas, operam daturus, vt cunctos *V. T. libros intra vnus anni spatium*, subministratis selectissimis observationibus, ex fonte sacro interpretetur. Incipiet itaque a *Pentateucho*, additurus deinceps hoc ipso in semestri *vnum alterumque librum*, prout vitum fuerit *Commillionibus*. Denique 3) *Metaphysicae praecepta* nouis luminibus illustrabit, eiusque praestantissimum in aliis sciens vnum ante oculos ponet. Horae huius laboribus destinandae ex tabula publica in tempore significabuntur.

GE. FRID. MEIER interpretabitur 1) *Ius Naturae* hor. 9 -- 10. 2) *Mathesin puram* hor. 10 -- 11. 3) *Logicam* hor. 3 -- 4. explicando *Compendium* quod eī curauit. 4) publice hor. 5 -- 6. dierum Lunae & Martis introductionem in integram philosophiam docebit.

EXTRAORDINARIAE.

ADAM STRVENSEE veritates dogmaticas & morales hora IX matutina ad ductum catechismi beati LVTHERI solide & perspicue docebit, methodum simul ostenturus concinnam, quomodo dogmata fidei & vitae rudioribus ac iunioribus rite sint tradenda. In explicatione diui Pauli ad Romanos epistolae exegetica hora III pomeridiana sedulo perget, luculenter demonstraturus, omnem cognitionem salutarem ex sacris paginis vnice hauriendam esse. Praelectiones denique aeternas in posteriorem diui Petri epistolam die martis hora VI vespertina ad Auditorum veram & aeternam salutem omni cura ac diligentia continuabit. Nec iis deerit, qui veritates diuinas sub praesidio eius disputando defendere cupiunt.

D. IO. FRID. IOACHIM docebit hora VIII. *Ius Germanicum* duce ENGAVIO in elementis iuris Germanici; Hora IX. *Ius Feudale* ad ductum Elementorum III. WOLFFII; Hora XI. *Ius Publicum Imperii Germanici*, praeeunte III. MASCOVIO; Hora III. *Historiam Imperii Germanici* ad seriem libri sui: *Einleitung zu der Reichs-Historie*, & hora IV. *Historiam Vniuersalem* Regnorum Europae ad filum compendii sui: *Einleitung zu den Geschichten der Europaischen Königreiche*. Denique hora I. diebus Mercurii & Saturni, *Collegium Numismaticum* aperiet selectis auditoribus.

CAROL. FRID. PAVLI Iur. Publ. & Hist. P. P. Hor. IX. *Historiam Imperii R. G.* ad ductum compendii *Schmauffiani*, x. & 11. *Notitiam Statisticam Rerum publicarum Europaearum*, XI. *Notitiam Statisticam Imperii R. G.* III. *Historiam Ducatus Silesiae*, IV. *Vniuersalem Historiam* ad compendium Celeberr. GEBAVERI docebit. *Publice* in commentatione compendii sui: *Historiae Prusso-Brandenburgicae* sedulo perget.

IO. PHILIPPVS CARRACH publice hora III. pomerid. recitabit *Historiam Ecclesiast. Nou. Testam. antiquiorem* duce BOEHMERO in libro, qui inscribitur: *Kurzer Entwurf des Kirchenstaats der drey ersten Jabrbundert*. *Priuatim* 1) hora VIII. matut.

tat. *Historiam Iuris* per omnes Iurisprudentiae partes IO. ADAM. KOPPIO praeceunte tradet adnexis obseruationibus literariis, dein 2) hora X. AD ILLVST. MASCOVII *Principia Iuris Publici* commentabitur, & 3) hora XI. HEINECCIUM fecurus *Institutionum* ordine doctrinas iuris civilis profitebitur. Praeterea Disputationibus Sabbathinis publicis moderator aderit, quas programmata peculiari typis excubendo adiectis Dominorum Respondentium thesibus indicet.

D. HENR. BASS publice affectus praeleget venereos d. mercurii & saturni hor. x. priuatim auspicabitur Collegium Operationum Chirurgicarum ad ductum Nuckii enucleati *des erläuterten Nucks*, iam diu editi. hor. III. deinde Praxin medicam commendiosam cum cauelis tradet. hor. II. Initium Lectionum erit 8 Maii.

D. HENRICVS CHRISTIANVS ALBERTI hoc semestri aestiuo, b. c. Deo priuatim diebus Lunae, Martis, Iouis & Veneris hora VIII-IX. *Botanicam*, tempore, quod Deus & Natura, imo sana & ingenua ratio huic destinavit studio, constanti, qua haec tenus suevit, industria, praeleget, ita vt non tantum secundum Tournesorium plantarum methodum, sed & anaromen indigenarum, aequae ac exoticarum earum, ex parte rariorum, sumtibus quibusdam comparandarum, tradat, in simul officinales illarum species, vt & partes constitutivas, modum operandi, vsu & praeparata, in officinis profantia & in Praxi vsualia, explicet. *Publicis* vero laboribus die Saturni hora VIII-IX. *Collegium*, quod ad hoc vsque tempus caelem assiduitate profecurus est, Differentiam imprimis Seminum & capsularum feminalium, nunc ad finem perducet: eique praeterea adiunget Differentiam Fructuum, nec minus Collegium repetitorium & examinatorium de nouo aggredietur. Excursionem botanicam die Saturni hora III. inchoabit. Initium erit die 1. Maii a. c.

FRIDERICVS LEBERECHT SVPPRIAN hoc semestri aestiuo publice praeleget adfectus infancum; priuatim vero physiologiam & pathologiam generalem ad ductum SCHVEZII explicabit. Horas valuae publicae indicabunt.

CHRISTOPH. CAROL. STRVMPFF publice explicabit fundamenta botanica Cl. LINNAEI. Priuatim Chemiam experimentalem & Botanicen tractabit. Offert etiam praelectiones de formulis praescribendis.

D. ERN. ANT. NICOLAI publice die Lunae & Iouis hora I-II in Dispensatorium Brandenburgicum commentabitur, priuatim vero hora VIII-IX physiologiam, hora IX-X pathologiam, h. X-XI femioticam & h. II-III materiam medicam docebit.


D. IVSTVS ISRAEL BEYERVS, P. P. elegantiorum literarum studiosus, qui non nudis salim auribus, quin potius mente, doctrinas percipere solent, perceptaque calamo & ore reddere discipiunt, quo, quid valcant humeri, quid ferre recusent, experiantur ipsemet, 1) publice diebus Lunae & Iouis h. IX fundamenta *epistolica* tradet; priuatim eadem hora sed diebus Martis & Veneris praecipua tradita per C. exempli, ad genium seculi accommodata, exercebit: 2) collegium oratorium theoretico practicum, singulis per septimam nam diebus, h. X habebit; itidemque Dominis Communionibus aliis, qui artem dicendi vel epistolas conscribendi, commodioribus ipsis forte horis addicere praecipiant, facili & aequus erit; ac denique ad cuiuslibet nutum promptus paratusque, qui *carmina, orationes, epistolas &c.* ab eo desiderabunt. De quibus omnibus plura coram.

GOTTLOB SAMVEL NICOLAI. Officii partem quam munus clementissime sibi demandatum postulat expleturus, Publice hora IX-X. DANZII Grammaticam hebraeam ad ductum libri sui. *Anmerkungen und Zusätze zur Erklärung und Beweis aller Regeln der Gram. des sel. Hn. Danz* explicabit. Priuatim in Cel. GOTSCHEDIUM opus *die ausführliche Redekunst* commentabitur. Priuatissime Ill. stris L. B. de WOLFF Metaphysicam, iis qui hac de re cum ipso conuenerunt demonstrabit. Exercitium disputatorium cum manu ductione ad disputandum, ut etiam societatem amicorum elegantiores literas colentium continuabit. Eos qui institutiones filii latini praeceunte HEINECCIO in fundamentis, aut Collegium practicum hebraicum desiderarunt; ut ante Collegiorum initium ipsum adire velint, rogat. Horas praelectionibus hisce infundendas loco consueto indicabit.

CHRISTIANVS WEBER, munere clementissime sibi demandato omni, qua de cet obseruancia perfuncturus, publice diebus Lunae, Martis, Iouis & Veneris *Algebram* Perill. L. B. de WOLFF in elementis matheseos, germanico idiomate conscripsit, explicabit. Priuatim vero *Ius naturae* Ill. DARISSII, *Metaphysicam* Perill. L. B. de WOLFF; Logicam B. CORVINI, & Mathesin puram exponet. Horas autem commodos tempestiue significabit.

P. P. D. XXVII. APRIL. MDCCLII.

HALAE SALICAE, LITTERIS HENDELIANIS.



CONSPECTVS LABORVM

QVIBVS

PROFESSORES
ACADEMIAE REGIAE FRIDERICIANAE
PER SEMESTRE AESTIVVM

ANNI MDCCCLII.

OCCVFAVNTVR

PRO-RECTORE

D. IACOBO GABRIELE WOLFIO,

POTENTISSIMI REGIS BORVSSIAE CONSILIARIO AVLICO IVRIVMQVE
PROFESSORE PVBLICO ORDINARIO.



LECTIONES

Pro-Rectoris, Cancellarii & Directoris.



IAC. GABR. WOLF hora VIII. V. C. ENGAVII *elementa iuris canonici*; hora IX. V. C. MASCOVII *principia iuris publici I. R. G.* Denique hora III. *elementa sua iuris feudorum, tum imperialium, tum provinciarum, vberioribus commerationibus suis diligenter illustrabit. Initium, finis nundinis Lipsiensibus, A. S. N. facturus.*

CHRISTIANVS L. B. DE WOLFF *hor. ix. mat. Matheseos vniuersam tradere constituit, vt satisfaciatur desiderio nonnullorum, qui in omnibus Matheleos paribus erudiri cupiunt. Cum vero fieri non possit, vt intra semestris spatium disciplinae mathematicae omnes explicentur; aestiuis Lectionibus Geometriam, Trigonometriam & disciplinas mechanicas explicabo. Simili instituto Hor. III. pom. explicabo Philosophiam naturalem, quae a mathematica nam probatam, solidam & ad reliqua addiscenda & a superfluis separatam vnicuique curae cordique committam & Metaphysicam absolururus. Vtr in Praeceptoribus Matheleos vniuersae a me dudum conscripto, & a superfluis separatam vnicuique curae cordique committam & Metaphysicam absolururus. Vtr in Praeceptoribus Matheleos vniuersae a me dudum conscripto, & a superfluis separatam vnicuique curae cordique committam & Metaphysicam absolururus.*

CAROLVS GOTTLIEB KNORRE apud Collegium practicum *laboratorium ad ductum* & a superfluis separatam vnicuique curae cordique committam & Metaphysicam absolururus. Vtr in Praeceptoribus Matheleos vniuersae a me dudum conscripto, & a superfluis separatam vnicuique curae cordique committam & Metaphysicam absolururus.

LECTIONES TH

GOTTHILF AVGVSTVS FRANCKII
KORTHOLTI *Pastorem fidelem* denuo tractatus *Corinthios* absoluet. Perget praeterea in confutatione *diost Theologiae*, necessaria ac vtilia monita super his post finitam epistolam ad Philippensium tractationem ad *Colossenses* progredietur.

CHRIST. BENEDICT. MICHAELIS I
ex fontibus Graecis, hora vero IX. Psalmos Davidicos
SIG. IAC. BAVMGARTEN b. c. D. hor. XI. post finitam theol. morale editionem ita confirmabit, vt praeparationi ad theol.

